

3. Vnde factum, ut Ioviniani heresin nostris Ecclesiis absque rubore impingerent Pontificij; quem Iejunia & alias hujusmodi corporales exercitationes simpliciter repudiassent, aliqui (sed preter historiarum fidem) scriptitans.

4. Huic ergo criminationi obviam ituri Protestantes, partim in genere, suam de traditionibus Ecclesiasticis mentem & sententiam, Articulo Confessionis nostrae decimoquinto exposuerunt: partim vero in specie quarundam traditionum Pontificiarum ἀνασκευὴ Refutationem. Eam quidem longè absolutissimam, in sectione altera confessionis nostrae, quæ est de abusibus mutatis, instituerunt: Art. 2, 5 & 6.

5. Obtigit autem articulo huic decimoquinto indigna prorsus variatio, quæ totalem Prototypi mutationem, imò verius abolitionem moliri videtur.

6. Præbuit hæc variatio Adversarijs uberrimam calumniandi segetem, quam arripiens Andreas Harm. Fa. Fabritius, Leodius ille, prototypi puritatem his britii pag. verbis insectatur: 1. In prototypo generatim 260. 2. de omnibus ritibus Ecclesiasticis loquuntur: In exemplari variato ad eos duntaxat contrahunt, qui humana ratione sint instituti, agnoscentes generalem illam reprehensionem esse impiam & reineriam. 2. Cùm ad ritus retulissent etiam in prototypo festa, in exemplari variato nullam festorum mentionem faciunt, eorumq; loco cantiones reponunt. ne